





h. XVI, 3A

QR. XVI, 34.

Vc
1505

COMMENTATIO

INDICANS

RENOVANDAM IN GYMNASIO GOTHANO MEMORIAM
TRISAEVULAREM RESTITVTORVM EX RAPTVM KAVFVN-
GIANO SAXONIAE PRINCIPVM
ERNESTI ATQVE ALBERTI

INVITATIONI DECENTI

AD PANEGYRIN SOLLEMNEM
POST NATALEM AVSPICATISSIMVM

SERENISSIMAE PRINCIPIS AC DOMINAE
DOMINAE

LVDOVICAE DOROTHEAE

NATAE ATQVE NVPTAE DVVIS SAXON.

CET.

MATRIS PATRIAE CLEMENTISSIMAE

FINITA LVSTRATIONE ANNIVERSARIA

D. XIV. AVG. HORA VIII. MATVT.

IN ILL. GYMNASIO GOTHANO INSTITVENDAM

ET ORATIONES

TRIVM IVVENVM EGREGIORVM

BENIGNER AVDIENDAS


PRAEMISSA

A

IO. HENR. STVSS

GYMN. RECT. ET REG. PRVSS. ACAD. SCIENTIAR.
COLLEGA.

GOTHAE LITTERIS REYHERIANIS.



- I. *Instituti ratio.* II. *Authentica de raptu fliorum narratio patris, FRIDERICI PLACIDI, ubi legenda?* III. *Narrationes variorum de eodem raptu iudicio critico quinam examinaverint?* IV. *Dissertatio Trilleriana de magnatum gratitudine, hancce historiam illustrans, memoratur.* V. *Historiae Saxonicae de eadem scriptores potiores laudantur.* VI. *Ex scriptoribus extraneis specimina narrationis corruptissimae adducuntur.* VII. *Indicatis orationum argumentis Auditores inuitantur.*



I.

ui prima historiae Saxonicae elementa attigerunt, qui florentissimarum hodieque STIRPIVM, ERNESTINAE atque ALBERTINAE SATORUM, ERNESTVM atque ALBERTVM, FRIDERICI PLACIDI, et MARGARETHAE AVSTRIACAE FILIOS, haud ignorant, iidem non possunt non facile in memoriam reuocare, qua ratione Principes illi, in flore adolescentiae constituti, anno aerae Christianae 1700. ca. nocte, quae diem VIII. Iulii s. KILTANO in fastis sacrum, antecessit, ex arce Altenburgensi, absente Patre, Conradi Kaufungi, immortale inde nomen, inslar Herostrati cuiusdam, consecuti, audacissimo quidem atque importunissimo scelere abrepti, sed et, manifesta summi Numinis ope, huius et sociorum, diuersis itineribus in Bohemiam cum ipsis festinantium, manibus iterum erepti, et adflictis Parentibus Serenissimis, lactu in gaudia verso, salui et incolunes restituti sint. Iam, cum magnorum et memoratu dignissimorum euentuum memoria, vel quotannis, (vti in Regum ac Principum natalibus fieri solet, vti et olim in urbium late reginarum, Romae et Constantinopoleos nataliis factitatum (a)) vel elapsis integris saeculis,

(a) De natalibus Romae et Constantinopoleos, magna festiuitate olim celebratis, nonnulla attuli in commentatione a. 1740. publicata, de Nataliis urbium, spectatim vrbs Gothae, ibique ostendi, iustum et aequum esse, vt die XXIV. Octobr. qui nomen natalis vrbs cenferi queat, recolatur memoria saecularis auspiciatissimi illius diei, quo ERNESTVS PIVS, qui et SOTER dici possit, Princeps quasi caelitus delatus, instaurator vrbs et totius ditionis, nouae stirpis Gothanae, et arcis Fridensteinensis conditor, a. 1540. Gotham ingressus, festine a ciuibus et senatu exceptus, sedem ex arce Tennebergica primum in domum

mercatoriam transtulit. Vid. Tentzelius Hist. Gothan. Supplementis reliquis p. 893. Licet etiam haec mentionem facere commentationum binarum de Arce Fridensteinensi insigni pacis Westphalicae monumentis, (quae a qua nomen accepit) a. 1748. a me publicatum, nec non quatuor programmatum in memoriam saecularem eiusdem pacis scriptorum, de tribus immortaliter promeritis, ex aula Gothana, Vinarienti et Altenburgensi ad eandem pacificationem legatis, GEACHATIO HEHERO, WOLFGANGO CONRADO A THVMSHIRN, et AVGVSTO CARPZOVIO.

lis, vt in memoriam coeptae a Luthero sacrorum emendationis, traditae Augustanae confessionis, inuentae artis typographicae, cet. factum, (b) solemniori modo repetatur; cumque inter scholarum munia hoc vel praecipuum sit, vt rerum in patria gestarum, diuinaeque in iisdem prouidentiae, benignitatis, iustitiae memorabilium documentorum notitia fidei suae creditam iuuentutem imbuant praeceptores: equidem, cum hoc ipso anno tria effluerint saecula, ex quo raptus ille tantorum Principum contigit, institutum, eius memoriam et tenui quadam prolusione, et recitandis publice declamationibus, recolendi, neque ab officio meo alienum, neque intempestiuum existimauim. Id vero dum ago, non repetam e scriptoribus fide dignissimis integram raptionis illius & liberationis mirificae historiam, dudum quippe satis decantatam, sed paucis saltem indicabo, vbi quam adcuratissime enarrata legi ea possit.

II. Atque heic primo ponenda, tanquam omnium maxime authentica, narratio ipsius Serenissimi FRIDERICI Electoris, calumniis cum a Kauffungo ante raptum, tum ab ejus cognatis atque fautoribus, postquam ipse scelus illud capite luerat, sparfis, instar apologiae cuiusdam, opposita, atque passim in aulis missa. (c) Hanc in tabulario Wittebergensi inter praecarum chartarum, obliuioni iam ferme traditas, reliquias a CIROICLIX. repperitam, cum documentis nonnullis, eam ad rem pertinentibus, primus luci publicae exposuit ANTON. WECKIUS in *descriptione vrbis Dresdae.* (d) Inde ex-

(2

scripta

(b) Memoriam saecularem inuentae artis typographicae heic etiam hilari festiuitate celebrare mihi datum est memorabili illo anno 1740. quo et edita, et in sylloge Reyheriana recula est *commentatio mea de Natalitiiis artium, speciatim artis typographicae* Ceterum notum est omnibus, qui non sunt rerum omnium in orbe gestarum ignari, religiose admodum et magnifice a. 1749. in Dania celebrata esse Hilaria trifaecularia collatae a. 1449. in CHRISTIANVM I. e stirpe Oldenburgica, et diuina benignitate in natos natorum in hunc vsque diem translatae coronae Danicae et Noruegicae. Quanta sollempnitate etiam superiori anno 1754. in Prussiae Polonicae vrbibus primariis celebrata sit memoria saecularis diei, quo ante hos trecentos annos Prussia, excusso tyrannidis Cruciferorum iugo, in clientelam seeptri Polonici se contulit, praeter relationes publicas, testantur orationes, programmata, carmina, quorum ab amicis Gedanensibus et Thoruniensibus benigne mihi copia facta. Taceo breui celebrandam memo-

riam sancitae ante haec duo saecula memoriam pacis Augustanae, religionem euangelicam in libertatem vindicantis.

(c) Initium eius est. *Unsern freundlichen Dienst zuvor etc. etc. Uns ist fürbracht, wie die uwer liebe und dorch uwer Lande und Fürstenthumb erschollen sie, under viel reden, die wider uns fortgetragen werden, wir sollen Kuntz von Kauffungen ein merghliche Zal geldes schuldig sien, er möge des an Uns nicht erlangen, er sie derhalben mit Uns ins recht gangen, das recht werde jm verzogen, und müsse rechtlos blicben, wie dann solche worte in wibeter erstreckung haben gelubtet, das uwer Liebe nu verstehen möge, das die der Warheit solch rede an uch nicht bracht sie, Thun Wir uwer Liebe wissen etc. etc.* Clausula est. *Geben zu Aldenburg am Sonnabende nach Iacobi, An. Dni, etc. 50. quinto. Friederich von Gots gnaden Hertzog zu Sachsen.*

(d) Eximio hoc iamque rarius obuiolibro p. 122. sqq. enarratur breuiter et adcurate historia raptus et restitutionis Principum, et p. 166. sqq. inferuntur documenta.

scripta ea est in ADAMI RECHENBERGII dissertatione *de raptu Principum, Ernesti et Alberti, Ducum Saxon.* (e) Haec vero ipsa lectu dignissima dissertatio adcurate examinat, et, ubi opus, refellit historicorum de raptu hocce, cum veritati, tum inter se minus consentaneas narrationes. Porro eadem relatio apologetica, cum adnexis etiam exstat in ANDRAEAE VVLPII, multorum Chronicorum conditoris, *Plagio Kauffungensi*, Germanice scripto: quem quidem libellum integrum poemati suo, cui tit. *Der Sächsische Printzenraub, oder der wohlverdiente Käbler*, adiecit, a carbonario illo, ALBERTI liberatore, genus et nomen ducens, celeberrimus DAN. GVIL. TRILLERVS. Ceterum scriptores omnes, antiquiores aequae ac recentiores, in enarranda paulo vberius plagii illius historia occupatos, quasi nubem quamdam testium initio libelli, adducit modo dictus VVLPIVS. Praeterea apologia illa sparsim repetita est in M. PETRI KVNZII dissertationibus binis de *Conrado Kauffungo raptore Principum*: quibus dissertatio Rechenbergiana iterum examini subiicitur, & friuolis passim argumentis impugnatur. (f)

III. Denique iam laudatus TRILLERVS in notis copiosis, poemati suo adiectis, varias scriptorum de plagio illo relationes, itidem inter se diligenter collatas pensitat, et quae verissima visa sunt, suo calculo comprobat, legendus omnino ab historiae Saxonicae cultore, non tamquam poeta fabulosus, sed tamquam historicus criticus. Talem vero etiam hac in re sese praestitit, ille clarissimi nominis historiographus Saxonicus, GVIL. ERN. TENZELIVS, cuius disquisitio *de die emortuali MARGARETHAE, matris ERNESTI atque ALBERTI*, pariter historiam raptus ipsorum belle illustrat, itidemque in sylloge illa Trilleriana recusa est. Eadem Tenzelius enormem nonnullorum pyrrhonismum historicum, qui rem verissime gestam inter fabulas referre, aut certe in dubium vocare haud erubescant, ἀλογία conuincit, his inter alia verbis: *Dieweil wir nun so ein Hauffen Zeugen um uns haben, nemlich beede Churfürstliche Eltern; Printz Albrechten selbst, samt den Köhlern, so ihn befreyet, (g) Churfürst Ernsts Nepotem, Churfürst Iohann Friedrichen;*

(e) Legi ea potest in *Dissertationum Rechenbergianarum historico-politicarum Volum. II. p. 351. 359. Lips. 1698.*

(f) Dissertatio Kuntzii, saepe iterum in notis Trillerianis zum *Sächsischen Printzenraube* refutata, prima habita est praeside Henr. Leon. Schwartzfleischio Witteb. X. Kal. Febr. 1712. altera, sistens Kaufungum eiusque socios ad supplicia tractos, habita est eodem die horis pomerid. praeside ipso M. Kuntzio.

(g) Respicitur narratio sequens ipsius Tenzelii in *warhaftigen Todes-Tag der Churfürstin Margarethen*, quae ita habet. Es

findet sich in den *Berg-Acten des Fürstl. gemeinshafft. Archivs zu Weimar* ein Bericht Ge. Stobels, Churfürstl. Berg-Amts-Bedienten zum *Schneeberg* an Churf. Io. Friedrichen, gegeben *Freitags Cyriaci 1533.* worin er meldet, es hätte sich einst begeben, daß *Herzog Albrecht* nach *Elterlein* gekommen, und alda die *Gegend* und den *Ort* beschäuet, wo ihn der *Kuntz* von *Kauffingen* hingeführet, da er ihn zu *Alzenburg* gestohlen und weggebracht. Es hätten damals noch *drey alte Männer* zum *Elterlein*, namens *Urban Schmidt, Wyland, und Fischer*, gelebt, die den *jungen Herrn* hätten hel-

drichen; das noch auf diesen Tag des Köblers Nachkommen zum Gedächtniß ge-
 reichte Churfürstliche Stipendium; (b) auch andern Theils den letzten von Kun-
 zens Linien, Dietrichen von Kauffungen; daß ich nicht gedenke der von Al-
 bino fol. 273. gemeldeten alten Liedes, welches ohnzweifel die Bergleute abge-
 fungen, (i) noch der vielen historischen und anderer Scribenten, die nun bey die
 drittehalb hundert Jahr her davon geschrieben: so wird verhoffentlich niemand
 so hartnäckig seyn, und inskünftige solchen Printzen-Raub in Zweifel ziehen,
 oder gewärtigen müssen, daß die Steine zu Altenburg und Freyberg, (k) die
 Kleider der Printzen und des Köblers zu Ebersdorf, (l) nicht weniger (daß ich
 von der Müntze nicht sage) die Glocke (m) und die Gemähle insgesamt schrey-
 en, und seinen Unglauben überweisen.

IV. Mentio heic etiam facienda dissertationis a IO. MAVRITIO TRIL-
 LERO, Dan. Guilielmi patre, Erfurti habitae, de magnatum gratitudine reali
 erga personas inaequales bene meritas, harumque posteror, (n) qua magnitudi-
 nem periculorum, quibus adolescentes illi Principes, ERNESTVS atque
 ALBERTVS in illo raptu fuerint expositi, copiose describit, et quibus quan-
 tisque praemiis adfectus sit carbonarius ille, Alberti liberator, eiusque poster,

) 3 Trilleri,

fen abjagen, und Cuntzen gefangen genommen, welchen jeglichen auch Hertzog Albrecht eine gute Ritter-Zehring gegeben hätte. Es sey solches etwa vor 50. Jahren geschoben (solchemnach etwa a. 1480.) und habe er (Strobel) damals zum Elerlein in einer Schmelzhütten gearbeitet. Vid. Trillers Printzenraub p. 82. 235. et 289.

(b) Hac de re IO. MAVR. TRILLE-
 RVS dissert. de magnatum gratitudine reali p. 23. ita scribit, sileo ad imitationem haud proponendo: Aeternum gratiae memoriae caussa Sereniss. Elector Parens gloriose ordinavit, quotannis quatuor modios siliginis gratiae (GNADEN-KORN) qui licet semper utiles, et omni decenti cum aestimatione et gratiarum actione accipiendi sint, praecipuis tamen tempore caritatis annonae perceptoribus, et his diu tales percipientibus satis sunt importantes unicuique probanti se esse seniore omnium ex hac nostra linea istius carbonarii supra dicti, e praefectura electorali Zwiccauiensis debere praeberi, quod et in hunc usque diem annuatim fit, cet. Conf. Printzenraub p. 130. et 243. 599.

(i) Cum vetus illa cantilena, im Trillerischen Printzenraub p. 232. ex Erasmi Stellae, Med. D. et Consulis Zwiccauiensis Chronico Plin. MS. a Vulpio edita, eo ipso tempore,

quo raptus ille et restitutum Principum contigit, sit concinnata, vti patet ex vltima Stropha, quae ita habet: Gott thu den frommen Churfürsten alls guts, Und laß die jungen Herren, In keine Feyndes Hand mehr also komm, Geb auch der Fraw Churfürstin vel fromm, Das sie sich in Ruhe ernehren, ja ernehren; non possum non in gratiam lectorum sequentia quoque exscribere. Der Adler hat uf den Fels gebawt Ein schönes Nest mit Jungen, Und wie er einst war gestogen aus, Holet ein Geyer die jungen Vogel raur, Drauf wards Nest leer gesungen, ja gesungen. Wo der Geyr uf dem Dache sitzt, Da trugen die Küchlein selten, Er war mein werle ein seltsam Narenspiel, Welcher Först sein Rätben getwrt so viel, Muß oft der Herr selbst entgelten, ja entgelten. Altenborg du bist zwar eine feine Stadt, Dich thät er mit Untrew meinen, Da in dir waren all Hoflüt rauschendvoll, Quam Cuntz mit Leitern und Bubentoll, Und holte die Försten so kleine, ja so kleine.

(k) Vid. Printzenraub p. 228.

(l) Printzenraub p. 211.

(m) Id. p. 216.

(n) Est disputatio, habita Erfurti 9. Jan. 1697. cum auctor ibi esset in Gymnaf. euangel. Mathem. et Poët. Prof.

Trilleri, non absque gratæ mentis testificatione commemorat. Hæc stilo licet minus nitido scripta, lectu tamen omnino digna est, ob inserta varia ad historiam raptus illius et liberationis Principum facientia ἀξιωμαθὲς αἰ; nec non ob congesta ex historiarum monumentis complura per tenuis admodum conditionis homines e periculis ereptorum, et hæc, minoræ licet expectantibus, gratiam dignam referentium Principum exempla.

V. Hæc interiectis, redeo ad scriptores historiae Saxonicae antiquioris, silentio haud prætereundis existimans, duos ex illis, facinus Kaufungii et misificam Principum restitutionem copiosius enarrantes. Hi vero sunt, GEFABRICIUS Chemnicensis, (qui tamen in *Originibus Saxonis* (o) falsa quaedam de causis, quibus raptor ad facinus tam incredibile incensus sit, admiscet, et in annum CI CCCCLIIII. rem, quæ anno CI CCCCLV. contigit, perperam refert) et PETRUS ALBINUS, qui peculiarem hæc de re titulum, nempe XXI. Chronico suo Misnico inseruit, quo varia aliis haud memorata, recenset, causas tamen raptus, aequæ ac Fabricius, cum neutri contigerit ipsius Electoris FRIDERICI PLACIDI apologiam, in tabulario Wittebergenlatentem, inspicere, itidem veritati minus congrua ratione exponit. Hæc jungendi, MATTHIAS DRESSERUS, in *Isagoge sua historica* (p) et AVGVSTINUS BRVNNIVS, *Annaemontanus*, in *Triade electorali* (q) uterque in potioribus satis adcuratus.

V. Iam nemo in huiusmodi rebus versatus mirabitur scriptorum extraneorum in referenda hæc historia aberrationes, cum ipsi scriptores domestici, ipsa Chronica Thuringica antiquiora minime sinceræ aut inter se consentientes exhibeant narrationes. Exemplo sit *Chronicon Thuringicum Adami Ursini* in a CI CCC. desinens, tomo III. *Scriptorum rerum German.* Menckiano inserum. In eo iam manifeste falsa veris ita miscentur: (r) *Also liesse Curth von Kouffingen die zweene junge Fürsten an einem Seyle zu einem Fenster aus, und band dem Schreyber, daß er Schweigen mußte. Dessen wardt ihre Mutter gewahr, und rieffe zu einem Fenster aus ynn die Stadt, und eber die Bürger auffkamen ynn der Stadt, da waren die Reuter mit den jungen Herren davon, also suehrte Curth von Kouffingen den eynen herrn, und hatte einen Knecht mit Ihme, und also kamen sie in eynen Wald zu einem Koeler, der sollte dem jungen Herrn zu essen geben. Do sprach der Koeler, wo habt ihr den Knaben gebolet, da antwort Ihme Curth von Kouffingen, es ist ein bæser Bube, und ist mir entlauffen gewest. Also sagete der junge Fürst, als die Reuber nicht mehr achtung darauff gaben, dem Koeler beymlich ynn seyn Obr, und sprach, Ich byn Hertzogs Friedrichs Sohn, und byn gefangen. Do ergreyff al bald der Keler Curthen von Kouffingen pferd bey dem Zaume, und sein weyb schlugk an die belle bylle, dar*

Ihme

(o) Lib. VII. p. 770.

(p) Millenar. VI. Part. II. p. 44r. f11.

(q) Catalogo Electorum Saxon. p. 282. f11.

(r) Num. XXI. p. 133.

Ihme die andern Kœler zu hulffe kamen etc. Eodem anno III. Menckeniano e
tabulario Dresdenſi exſcripti etiam exſtant Annales Saxonum Saxonenſes ab a. 1430. ad
1467. iuſſu HARTMANNI KAMMERMEIſTERI Conſulis Erfurtenſis collecti.
In his narratio. breuis de plagio Kauffungiano ita incipit. (s) Nun demſelbin
Jare was ein Erbar Man genant Cunze von Kouffungen, ein belebent Man Her-
czogen Frederichs von Sachſſen. Derſelbe Cunze was zu der zeit mit dem ge-
nanten Fürſten unein, alſo das er ſich des Landes zw Meiſſen muſte offern, vnde
torſte ſiner gutere nicht gebrauchenn. Als wante er ſich in das Land zw Beh-
men, vnd kouffte das Sloyß, genant Iſenbergk, vnde wardt danne vwend des ge-
nanten Herzogs Frederichs von Sachſſenn. Cet. Sane antiquitatum amatoribus,
mea quidem ſententia, gratum faceret, qui narrationes hoc de raptu Princi-
pum, vetuſtis Chronicis, ſpeciatiim Germanicis, inferſas, nonnuquam ſatis
lepidas, in vnum congeſtas exhiberet.

VI. Inter ſcriptores extraneos, eosque coaenos, qui de raptu hocce
 aliquid memoriae prodiderunt, eminet AENEAS SYLVIVS, deinde PIVS II.
 PONTIFEX. Ab hoc vero quis ſinceram rei geſtae narrationem expectet?
 Ita ſiquidem incipit. (t) *Libet hoc loco audax priuati hominis inferere facinus.*
Conradus Raufer, nobili loco apud Saxones natus, bellicae rei peritus, manu
promptus, et animo imperterritus, cum ſaepe (legendum videtur, cum ſe de)
patria pulſum, et paterna haereditate priuatum per iniuriam Frederici Ducis
exiſtimaret, ſecus incredibile noſtra aetate perpetravit. Arx eſt in Mixna in
alto monte et abruptis vndique rupibus ſita, Altumburgum prouinciales vocant.
Ad radices montis oppidum egregie munitum, et populo plenum iacet. In arce
duo Frederici adoleſcentes, Erneſtus et Albertus educabantur. Huc Conradus
intempeſta nocte magnis itineribus cum paucis comitibus contendit, et admotis
ſcalis prodeſte paedagogo arcem ingreſſus, dormientes adoleſcentulos in cubili
comprehendit, interminatusque mortem, ſi vocem emitterent, funibus colligatos
extraxit cet. Syluium ferme ſequitur NAVCLERVS in Chronographia, et alii.
Iam ex annalibus Hirſaugienſibus TRITHEMII, (u) cuius in agmine ſcripto-
rum, a Vulpio, Rechenbergio, Kuntzio, Trillero citatorum, nulla facta
mentio, ſubiungam extrema, quae nimis deprauate, nec ſine iniuria in bo-
num carbonarium, rei fortiter contra raptorem geſtae, et liberati Principis
laude omnino priuatum, ita narratur. Iam ſyluam intrauerat Hercyniam
Conradus, quae Bohemiam a Saxonia diuidit, in qua omnino ſe putabat ſecu-
rum, apud carbonarium quendam reſcindi gratia deponens captiuos Principes,
maxime intuitu iunioris, quem et longioris itineris fatigatio vexabat, non minus,
quam ieiunium. Interim dum carbonarium vicinam transmittit ad villam, v-
emeret et ſurientibus oſcas, ſuperuenerunt cum impetu Saxones, et, ſugato timore Con-
rado

(s) Num. XX. p. 1220.

(t) Hiſtor. de Europa cap. XXXII. p. 424.

edit. opp. Baſil. 1571.

(u) Tom. II. p. 470.

247/2
rado una cum sociis, praedam in locum suum reducerunt. Haec specimenis loco sufficiant, et strantia sane, quanta in legendis etiam nobilibus historicis circumspectione est, ne falsa pro veris amplectamur, et quanta debeat gratia viris in eo actuantibus, ut, eliminatis fabulis, liquidum in historiariarum monumentis verum ob oculos ponatur.

VII. Plura cum pagina non capiat, missa facio quae adijungi possent; et postquam NATALIS AVSPICATISSIMVS SERENISSIMAE ET CLEMEN-
TISSIMAE MATRIS PATRIAE, LVDOVICAE DOROTHEAE, in AVLAE FRIDENSTEINENSIS luce pie ac splendide ante hoc triduum esse celebratus, praestandum etiam in Gymnasii umbra demississimae congratulationis officium indico, simulque argumenta orationum, quas in panegyri sollemni craftina luce hora VIII. matut. recitabunt tres iuvenes, felices et exculi in genii morumque decentium ornamentis valde conspicui et commendabiles, significo. Nempe,

HENRICVS CHRISTOPHORVS HEYDENREICH Gothanus, praemissa narratione de raptu illo Principum Kausungiano, vi ab antiquioribus Historiae Saxon. scriptoribus refertur, ERNESTI, Saxon. deinde Principis Electoris, virtutes praedicabit, oratione Latina, in carmen votivum desinente:

IO. PAVLVS FRIDERICVS KRÜGELSTEIN, Gothanus, qui suum sibi ipse legit argumentum,

BERNHARDI MAGNI, Herois illius e domo Vinariensi fortissimi, laudes celebrabit, congratulationem demississimam et vota ardentia additurus, oratione Teutonica. Denique

IO. AVGVSTVS RVDOLPHVS HEYDENREICH, Gothanus, ALBERTI Saxon. Ducis, rapti cum fratre ERNESTO, et feliciter restituti, fortitudinem bellicam, virtutesque reliquas extollet, adiungetque, quae pietas in SERENISSIMOS requirit, oratione Latina.

Huic itaque panegyri ut ILLUSTRISSIMI MAECENATES, PERILLVSTRES AVLAE PROCERES, ET PVBLICAE SALVTIS CVRATORES, EPHORI GYMNASII VENERANDI, VARIISQVE HONORVM AC DIGNITATVM GRADIBVS SPECTABILES MV SARVM PATRONI AC FAVTORES, NEC NON CVLTORES HV MANISSIMI, frequentes ac fauentes interesse, iuvenumque studiis calcar addere ne dedignentur, qua pars est, animi demissione atque obseruantia, et quo decet, studio oro atque contendo.

P. P. D. XLII. AVG. A. MDCCCLV.

oe-
ous
ata
in
et
n-
in
ce-
nis
ni
in
fi-

us,
ati-
on.
ar-

ni,
di-
us,
ter
et-

v-
s,
I-
v-
tes
bar

ULB Halle 3
007 417 241







2. XVI, 3A

26 XVI. 34. A. T. A. M. H. A.

Vc
1505



B.I.G.

Farbkarte #13

MENTATIO
 NDICANS
 NASIO GOTHANO MEMORIAM
 ITVTORVM EX RAPTVM KAVFVN.
 KONIAE PRINCIPVM
 ATQVE ALBERTI
 TIONI DECENTI
 RIN SOLLEMNEM
 EM AVSPICATISSIMVM
 RINCIPIS AC DOMINAE
 MINAE
 E DOROTHEAE
 E NVPTAE DVCIS SAXON.
 CET.
 AE CLEMENTISSIMAE
 ATIONE ANNIVERSARIA
 G. HORA VIII. MATVT.
 GOTHANO INSTITVENDAM
 ORATIONES
 NVNVM EGREGIORVM
 NEM AVDIENDAS
 RAEMISSA
 A
 ENR. STVSS
 EG. PRVSS. ACAD. SCIENTIAR.
 COLLEGA.

